





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DISPUTATIO JURIDICA,

De

PIGNORIBVS

ET HYPOTHECIS,

QUAM

AUXILIANTE DEO

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Amplissimi & Consultissimi

DN. GEORGII DAVIDIS LOCA-
MERI, J. U. D. ET IN FLORENTISSIMA
Argentoratensium Universitate Pand. Professoris Or-
dinarii, Præceptoris & Fautoris sui ætatem
honorandi & observandi,

Publicè examinandam proponit

In Auditorio veteri,

Ad diem Novembris,

JOHANNES HERMANNUS AUTHÆUS
Mœno - Francofurtanus.



ARGENTORATI,

Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DC. XXVIII.

635.

26

XXIII

1628, 13.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
PIGNORIBVS
ET HYPOTHECA
ALMA MATER
UNIVERSITATIS
MAGISTRI
JOHANNIS HERMANNI SUTHERII
M.D.C.LXXIIII

R
T
C
H
T
E
S
C
S
S



AD

RESPONDENTEM VOTA AMI-
CORUM GRATULATORIA.

I.



*Vi semel ingenio claras se extollit in auras,
Hunc post non arcet Murcia nigra situ.
Eluctatur opus, lubricisq; enixus arenis
Ad finem rapidis currit anhelus equis.*

*Tu mihi testis eris, doctis, Authae, Camænis
Frete, tui qui animi prodis amicus opes.
Cum quo jure meent: quo cedant pignora censu,
Enucleas docto, non sine laude, stylo.
Hoc ipsum est Themidi pignus, quo obstringeris, olim
Debita quod cupias solvere tota Dea.*

*Amico & consalino suo dilectissimo gra-
tulabundus adjecit:*

FRIDERICUS à BERBIS DORFF.

II.

T*E matutinus vigilem conspexit Eous
Tractare artifiuos sedulitate libros:
Et vidit vigilem paulò post Hesperus idem
Sudare in Themidos Pieridumq; sacris.
Non labor in vanum cessit: presentia testor
Hæc de PIGNORIBUS, lemmata, Amice, tua:
Scande sacram Cathedram Iuris, robórq; virile
Ostende, & validâ tela repelle manu.
Sic immortales parient tibi PIGNORA honores:
Pro tantis meritis, quos dabit alma Themis.*

Sympatriotæ & amico suo suavissimo

SIMON PETRUS KUCK Mæno-Francof.

III.

C *Vr de Pignoribus tractas? quia scilicet ipsum
Te, in pignus Musis, patria cura dedit,
Musis in tuto spes, ut sit, credita patri,
Reddendi gnatum, non abeunte die
Multo, quem multâ legum Themis alma replessis
Notitiâ: Sed jam, tempus adesse, luat
Vt pignus pater, eventum cum spe quoque muret,
Reris, cum proprio solvere quippe tuo
Nummo, quod Musis debet, queat: unde remonstras
Scire quod hoc pignus, jus, quod ubiq; regat.*

CHRISTOPHORUS BENDER Mœno Francof.

IV.

D *Vm quid sit pignus, quid poni nomine possit
Pignoris è sacro pandere Iure studet
AVTHAEVS, Themidi se sic oppignorat alma
Calleat ut pignus solvere nulla dies.*

ALEXANDER WÜRTZLIN Colmariensis.

V.

P *Ignoris à pugno trahis haud malè nomen Amice:
Cum simul ac pagna pignora mox fuerint.
Nam belli rabies & amor sceleratus habendi
Vrbibus expulerat cum probitate fidem.
Hincquò de pretio certus sit creditor, usus
Pignora ut exhibeat debitor, obtinuit.
Hæc Ariadne cum digeris omnia filo,
Rem gratam impendis Parnasia Themidi.
Offeret illa igitur meritis pro talibus ampla
Præmia, quæ nullo sint peritura die.*

ABRAHAM STAIMLE

contradistinguitur, & est rei imprimis mobilis. *l. 23. ff. de V. S. §. 7. Inst. de act. speciali contractu l. 1. §. ult. ff. de pact. §. ult. Instit. quib. modis re contr. oblig. ad creditorem translata l. 9. §. 2. ff. de pign. act.* Hypotheca autem rei imprimis immobilis possessione tenus apud debitorem manentis, nudà saltem conventionem obligatæ. *l. 1. ff. de pign. act.*

5. Pignoris præterea & hypothecæ vocabulum quandoq; significat ipsam rem creditori pignori, vel hypothecæ obligatam. *l. 4. l. 8. §. 4. & 5. ff. de pign. act. l. 13. §. 4. 5. 6. l. 16. §. 3. & 5. ff. de pign. t. t. ff. & C. de distr. pign. C. Debitorem vend. pign. imp. non. poss. item, si antiqu. cred. pign. vend. item, de remiss. pign. item, de partu pign. item de luit. pign. & plurimis aliis locis.* II. Quandoque jus creditori in pignore constitutum. *l. 4. 5. l. 11. §. 2. l. 13. l. 16. ff. de pign. t. t. Qui pot. in pign. ff. & C. item Quib. mod. pign. vel hyp. solv. & infinitis aliis.* III. Pignus specialiter ipsum contractum pignoris. in *l. 1. §. ult. ff. de pact.*

6. Sed hæc ita se habent, si subtilitatem spectemus & verborum originem, aliter si juris rationem aut actionem. *§. 7. Inst. de action.* Neque enim plus juris habet is, cui tradita res est, eo, cui non est tradita; aut minùs obligatur is, qui tradidit, eo, qui non tradidit. Non enim traditio, sed conventio obligationem facit. Hinc rectè Marcianus in *l. 5. §. 2. ff. h. t.* ait inter pignus & hypothecam non nisi nominis sonum differre, communique loquendi usu receptum est, ut pro hypothecâ pignus, pro pignore hypotheca sapissimè dicatur. Affirmativam igitur defendam, quando quæritur, *An statutum loquens de pignore, intelligendum etiam sit de hypotheca:* nisi specialiter & expressè ipsum statutum inter hæc duo distinguat.

7. Missis igitur cæteris ambiguitatibus, hisce vocabulis utar generaliter & promiscuè, ita tamen, ut ad secundam significationem thesæos s; veluti huic instituto competentem, theses accommodem. Eam autem tractationem quæ de pignore est, quando inter contractus refertur, hoc loco relinquo, ut alienam ab hoc titulo, & ab eo multis libris, tam in ff. quam C. separatam.

8. Definatur pignus in hac significatione, *Ius creditori in re debitoris ad securitatem debiti constitutum.* Optimâ autem methodo

thodo fieri puto, si materiæ huius tractatio ita instituat, ut de constitutione huius juris prius dicatur, tum quibus modis solvatur, adiungatur. In constitutione eius considerata venit causa efficiens (ubi etiam agi potest de speciebus ejus) materialis, formalis (ubi de pactis, quæ ipsi adjici possunt) finalis, & effectus.

9. Ratione causæ efficientis pignus constituitur, vel dispositione legis, vel factio hominis: hoc expressum dicitur, illud tacitum & legitimum: hoc solius hominis est, illud solius legis, ut homine etiam invito introducat, licet quando quid negotii facit, in quo tacitum pignus lex constituit, etiam in illud consensisse præsumi possit.

10. Nullum igitur erit pignus tacitum, nisi à lege definitum. Definitum habent I. Dominus prædii urbani in vectis & illatis in prædium urbanum, pro pensione & damno rei locatæ conductæ factio. l. 2. 4. 6. ff. in quib. causis pign. vel hypoth. tac. contr. si eo animo illata sint, ut ibi sint. l. 7. §. 1. ff. eod.

II. Quæri hinc potest I. An idem obtineat in vectis & illatis in prædium rusticum? N. Sed in his peculiari conventionem opus est, ut res inductæ, illatæ, vectis pignoris loco sint. l. 5. C. in quib. caus. pign. l. 5. C. Locat. l. 4. ff. de pactis. Aliud dicendum de fructibus: Hos enim domino fundi etiam sine conventionem, pro mercede locationis obligari, constat ex l. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. tac.

12. II. An conventio primi coloni cum domino facta, teneat res à secundo inductas? Neg. Quia personalis est, nec in alia re vel persona operari quid potest. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. Quanquam fructus in causa pignoris maneat, si colonus fundum alii colono locaverit. l. 24. ff. Locat.

13. III. An in bonis Minoris, quæ ipse sine curatoris Autoritate, in prædium urbanum intulit, tacitum pignus constituatur? Neg. arg. l. 3. C. de his qui ven. et at. imp.

14. IV. An in rebus & libris studiosi, aut alienis vectis? N.

15. V. An in bonis eius illatis, qui gratuitâ utitur habitatione? N. per l. 5. in pr. ff. in quib. caus. pign. tac. contr.

16. II. Locator & dominus prædii rustici in fructibus rei oppignoratæ tam naturalibus, quam industrialibus extantibus: et si de iis nominatim nihil convenerit. l. 7. in princ. ff. in quib. caus.

Q.

Q.

Q.

Q.

Q.

pign. tac. contr.: non tamen in iis, quæ ex fructibus comparata sunt.
l. 3. C. eod.

17. III. Venditor contra emptorem ex empto actionem instituentem ad rem tradendam, & non integrum pretium offerentem. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. & vend. l. 22. ff. de hered. vel act. vend. l. 31. §. idem Marcellus. ff. de edil. edict.

Q. 18. IV. Senatusconsulto pignus insulæ concessum est eis, qui pecuniam ob restitutionem ædificii extruendi credidit. l. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. vel domino mandante redemptori nummos miniltravit. d. l. 1. ad eum tamen, qui ad fabricandam, reficiendam, aut extruendam navem credidit, id extendendum nego.

19. V. Mulier in rebus mariti allodialibus, non feudali- bus. l. un. C. de rei uxor. act. tam pro restituendâ dote d. l. un. quàm pro bonis paraphernalibus in domum mariti allatis. l. ult. C. de pact. conv. Et maritus pro præstanda dote tam in bonis mulieris d. l. unic. C. de rei uxor. act. quàm ejus, qui dotem promisit, licet sit ex- tranea persona.

20. VI. Liberi in bonis secundi mariti, cui mater legiti- mâ liberorum tutelâ susceptâ nupsit, antequam alium eis tuto- rem constitui fecerit, & ea, quæ ex ratione tutelæ debet, persolve- rit. l. 6. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.

21. VII. Legatarius pro legato consequendo in bonis he- reditariis. l. 1. C. Comm. de legat. Et heres in bonis legatarii, si sub- conditione ei legatum sit, donec conditio impleatur. Novell. 22. c. 44.

22. VIII. Pupillus, minor, & omnes ij qui sub cura sunt, in bonis tutorum & curatorum suorum. l. 20. C. de admin. tut. Et ad horum exemplum civitas in bonis administratorum su- orum. l. 27. ff. de reb. Cred. & Ecclesia in bonis eius, qui res Eccle- siæ administrat.

23. IX. Is qui ab hoste aliquem redemit, in ipso redem- pto, usq; dum pretium ei reddatur. vid. infra th. 39.

24. X. Fiscus tam ex causa primipilari. l. 4. Cod. in quib. caus. tac. pign. contr. & tributi l. 1. C. eod. quàm debitorum & con- tractuum suorum l. 2. C. eod. l. 46. §. 3. ff. de jur. fisci. non pœnarum.

l. 37.

Q

l. 37. ff. eod. neq; si privato creditori succedit: tum enim ejus jure utitur, cui succedit. l. 6. ff. eod. An idem jus cum fisco competit S. R. Imperij Principibus & liberis Civitatibus? Quia, aut usu inveterato, aut Privilegiis ab Imperatoribus ipsis concessis, habent mixtum & merum Imperium, idem ipsis competere statuendum.

25. Pignus factu hominis constituitur vel Authoritate Magistratus, & dicitur Prætorium, vel ab homine privato. Prætorium pignus vel est prætorium specialiter sic dictum, quod extra judicii strepitum, ob non solum debitum vel contumaciam debitoris, vel aliam quamcunque ob causam, ut legatorum vel fideicommissorum servandorum gratiâ, ex primo decreto constituitur à magistratu in rebus debitoris tam mobilibus, quam immobilibus & nominibus. *l. 1. C. de Prat. pign. Vel Judiciale, quando authoritate magistratus, pro re judicata, ex bonis debitoris pignora capiuntur. l. 15. ff. de R. l. t. t. C. si ex causa jud. pign. cap. l. 74. ff. de evict.*

26. Conveniunt prætorium propriè sic dictum & Judiciale pignus causâ efficiente, quod utrumq; auctoritate Magistratus constituitur, nullum judicis. 2. Quod nullum constitui possit, nisi ventum fuerit in possessionem: differunt causâ formali & subiecto: hoc enim ex solâ causâ judicati capi, illud propter quamlibet aliam causam per missionem in bonorum possessionem ex primo decreto fieri potest.

27. Quod à privato constituitur, fit vel ultimâ voluntate, quando testator rem aliquam suam creditori vel legatario pignori esse jubet. *l. 26. princ. ff. de pign. act. l. 12. ff. de alim. legat. Vel conventionem, eâque nudâ, rei traditione non interveniente, & dicitur hypotheca l. 1. ff. de pign. act. l. 9. §. 2. ff. eod. vel speciali contractu reali pignoratitio. l. 1. §. ultim. ff. de pactis. §. ult. Inst. quib. mod. re contr. obl. distinctio itaque inter pignus specialiter sic dictum, & hypothecam supra th. 4. posita, hoc potissimum loco vim & usum habet.*

28. Jus pignoris constituere possunt omnes, qui possunt alienare, tam veri domini, quam ij qui propter administrationem bonorū sibi commissam dominorū loco habentur, si mutuâ pecuniâ in res eorū convertant, quorum bona administrant; Sic Tutor

A 3 & cu

ne.
em
ffe-
nd.
ei,
.ff.
tori
am,
um
lali-
am
. de
d.l.
ex-
giti-
to-
ve-
he-
sub
22.
ura
nin-
fu-
cle-
m-
uib.
on-
um.
37.



& curator in rem pupilli, minorisvè sub pignore mutuo accipere potest. *l. 16. in pr. ff. de pign. act.* modò in prædiis urbanis & rusticis expressa voluntas parentum testamento vel codicillis confirmata, vel Magistratus autoritas interveniat. *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Ita administrator Reip. rem civitatis *l. 11. pr. ff. h. t. l. 27. ff. de reb. cred.* Et Prælati aut Episcopi, ubi necessarium fuerit, res Ecclesiæ. *Auth. hoc jus. C. de SS. Eccles.* rectè oppignorant.

29. Neque verò interest, sive pro sua quis, sive pro aliena obligatione oppignoret. *l. 5. ff. h. t.* modò is, cujus negotium geritur, vel ipse mandet, vel postea ratum habeat: ita procurator tam rem suam *d. l. 5.* quàm domini pignori dare potest, modò vel dominus mandet. *l. 11. §. fin. ff. de pign. act.* vel postea ratum habeat. *l. 21. pr. ff. h. t.* aut liberam administrationem bonorum suorum procuratori concesserit. *l. 58. ff. de procur.* imprimis si sub pignoribus solitus fuerit mutuam pecuniam accipere. *l. 14. ff. de pign. act.* Eodè modo servus consentiente domino, rem ejus rectè oppignorat. *l. 19. §. ultim. ff. h. t.*

30. Creditor in re sibi oppignorata alii jus pignoris constituere potest. *l. 13. §. 2. ff. h. t.* toties, quoties necessitas efflagitaverit, vel ipsi creditori commodum visum fuerit: datùrque secundo creditori in ea re tam exceptio, quàm actio utilis. *d. l. 13.* quod si tamen primo creditori solutum fuerit, statim pignus ab utroque liberabitur.

31. Socius etiam rem communem oppignorare potest pro parte suâ. *l. 68. ff. pro soc.* Fiscus verò rem sibi cum privato communem beneficio *l. unic. C. de vend. rer. fisc. cum priv. commun.* obligat non pro parte, sed in solidum.

32. Prohibentur è contrario oppignorare omnes, qui veri domini non sunt, & quibus administratione bonorum interdictum est. *An minor si veniam etatis impetraverit? Neg. per l. 3. C. de his qui ven. et. imp.* Quidam etiam rerum suarum administrationem quidem habent, certis tamen casibus oppignorare non possunt, ut servus & filiusfam. rem peculiarem pro alio *l. 1. §. 2. ff. qua res pign.* Et mulier, quemadmodum non intercedere pro alio *l. 1. ff. ad SC. Vellejanum*, ita nec pignus pro alio dare potest. *l. 39. §. fin. l. 40. ff. de R. V.* nisi rem ejus alius, eâ dissimulante, ignoranti creditori obligaverit;

640.
ligaverit: videtur enim creditorem fraude circumvenisse & ei illu-
sille. l. 11. C. de distr. pign.

33. Inutiliter quoque oppignorant, qui bona eorum, quo-
rum negotia gerunt, proprii debiti gratiâ obligant, ut tutor vel cu-
rator rem pupilli, vel minoris. l. 3. & 7. C. si res alien. Si verò post
perfectam aetatem, ejusmodi contractui pupillus, vel minor consensum
accommodet, pignusne convalescet? Affir. per l. 7. C. eod.

34. Qui pignori dare possunt, iisdem & pignus rectè con-
stituitur, & generaliter omnibus, qui contrahere possunt. Inter-
dum tamen emere quis prohibetur, cui pignori accipere interdi-
ctum non est. l. 24. ff. h. t.

35. Acquiritur nobis jus pignoris vel per nosmetipsos vel
per eos, quos in potestate nostra habemus, filios & servos. Per li-
beram personam pignus regulariter non acquiritur. l. 11. §. 6. de
pign. act. nisi in certis casibus. Procurator enim qui nomine do-
mini pignus accipit, ipso jure obligationem & hypothecariam a-
ctionem in dominum transfert, ut vitetur supervacaneus actionū
cedendarum ritus. l. 2. C. per quas person. nob. acquir. quæ lex vide-
tur facere ad limitationem & explicationem. d. §. 6. l. 11. ff. de
pign. act.

36. Constitui potest pignus in omnibus rebus, cujuscunq;
generis, sive corporales sive incorporales, mobiles sive immobiles,
quæ emptionem & venditionem recipiunt. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 2.
ff. quæ res pign. nisi aut naturâ, vel legibus commercio hominum
exemptæ. l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. quas, quia hujus non sunt
tractationis, in suum locum remittimus: aut pactio super iis pri-
vata legibus prohibeatur, ut in l. 5. C. quæ res pign. aut certis ex
causis obligationi eorum interdicator. Ita instrumenta rustica &
quæ ad culturam agri pertinent, pignori capi ex causa judicati non
possunt. l. 7. & 8. & Authent. Agricultores. C. quæ res pign.

37. Quæritur I. An idem extendi debeat ad instrumenta a-
liorum opificum & artificum? Defendi posse puto, quamvis non ne-
gem in multis locis consuetudinem esse in contrarium.

38. II. An instrumenta rustica possint dari hypothecæ, prout
sumitur vocabulum hypothecæ, quando contradistinguitur pignori,
supra th. 4. ? Quia ratio prohibitionis cessat, cultura videlicet a-
gri, posse puto.

Liber

39. Liber homo quamvis regulariter in pignus non cadat. l. 6. C. *que res pign.* & relegatione puniatur, qui talem pignori dederit. l. ult. ff. *eod.* si tamen ab hostibus redemptus sit, pignoris loco tam diu manet apud redemptorem, donec pretium reddat. l. 2. C. *de capt. & postl. rev.* l. 15. l. 21. ff. *eod.* l. 34. ff. *de legat. 1.*

Q. 40. Hinc quæritur, *An represalia, ut dicuntur, de jure defendi possint?* Neg.

41. In re aliena pignus constituere sine consensu domini vel ratihabitione nemo potest. l. 20. ff. *de pign. act.* nisi incidere velit in crimen stellionatus. l. 1. l. 16. §. 1. l. 36. ff. *eod.* aut sub conditione, si dominus factus fuerit, obliget. l. 16. §. 7. ff. *de pign.* Pura verò obligatio actionem directam hypothecariam non producit, sive sciverit creditor, sive ignoraverit. l. 5. C. *si res alien. pign.* datur tamen utilis, exemplo pignoratitia. d. l. 5. non ipso jure, sed ex bono & æquo cuilibet Creditori, tam scienti, quam ignoranti. d. l. 5. C. d. t. l. 18. ff. *h. t.* huic quidem indistinctè contra debitorem aut quælibet possessorem non dominum: illi verò difficiliùs: contra debitorem quidem ipsum semper, si res in ejus dominium perveniat. l. 41. ff. *de pign. act.* (quem tempore contractus rem non fuisse in ejus bonis excipientem, replicatione doli mali remove potest. l. 21. §. 1. ff. *h. t.*) Et eum, qui jus suum à debitore habet. Non enim plus juris in alium transferre potuit, quam ipse habuit. l. 54. ff. *de R. I.* non tamen contra alium quemvis possessorem: sibi enim imputare debet, quod sciens rem alienam pignori acceperit.

42. Quòd si verò à non domino pluribus res aliena sit obligata, melior erit possidentis conditio. l. 14. ff. *qui pot. in pign.* eiq; ejus rei retentio competit, sive sciverit sive ignoraverit, rem esse alienam. l. 1. in pr. ff. *h. t.*

Q. 4. Hæc quidem ita procedunt, si ipse debitor rei alienæ factus sit dominus, sed *Quid juris, si dominus, cujus res, eo ignorante, obligata est, ex post facto debitori heres existat, an pignus convalescat,* non in utiliter quæritur? Non convalescit quidem directò, sed ex bono & æquo utilis pignoratitia, (*qua in l. 21. ff. h. t. sumitur pro hypothecaria*) adversus ipsum datur creditori d. l. 21. neque huic opinioni, obstat l. 41. ff. *de pign. act. vers. non est idem*, quæ non de ignorante, sed reclamante domino loquitur, ut sibi imputare debeat

beat Creditor, cur contra voluntatem domini (quod verba sine mea voluntate declarant) debitori fidem habuerit.

44. Sub pignoris nexum non cadunt servitutes reales per se : nam conjunctæ cum prædiis obligari possunt. *arg. l. 10. §. 1. ff. de usurp. & usuc.* tam urbanæ quàm rusticæ : de illis res expedita est *per l. 11. §. 3. ff. h. t.* de his gravissimè inter Jctos controversitur. Negativam tuebor. Nam cum ejusmodi servitutes reales sint, ad eoque non personis, sed prædiis debeantur, his apud dominum manentibus, servitus, quæ eis debetur, in alium transferri non poterit. Neque obstat quæ in contrarium urgetur *l. 12. ff. h. t.* Nam in ea non quæritur, An servitutum, quæ suo prædio debetur, debitor creditori suo vicinum prædium habenti in pignus dare possit : sed, An debitor creditori, vicinum prædium habenti, cum nulla esset servitus, in suo prædio novam constituere possit, ut pignoris loco tam diu utatur, donec mutuuum solvatur, vel, si non solvatur, vendat alii vicinum prædium habenti : Et hanc sententiam propter utilitatem contrahentium, admittendam censet ex Pomponio Paulus *in d. l. 12. ff. h. t.*

45. Res etiam universalis oppignorari rectè potest, etiam si illa postea mutetur : in eo enim statu obligata videtur, in quo invenitur, quando creditor cœperit agere hypothecariâ. *l. 34. ff. h. t. l. 13. pr. ff. h. t.*

46. Ea quoque quæ nondum sunt, sunt tamen certò futura, in pignus venire possunt, ut fructus pendentes, partus ancillæ, foetus pecorum. *l. 15. ff. h. t. l. 1. C. de part. pign.*

47. Monendum præterea, quod res pignoris nexui subjiciantur vel generaliter, vel specialiter : unde pignus aliud dicitur generale, aliud speciale, quæ divisio cum non sit generis in species, sed ratione solum habeat ad res in hoc jus venientes, eam huc ponere placuit, cum omnibus huius juris speciebus conveniat. Quamquam enim rarò contingat, ut omnes res dentur in pignus specialiter sic dictum, quin tamen per naturam fieri possit, quid sit, quod impediatur, non video.

48. Generale pignus est, cum in omnibus debitoris bonis creditori hoc jus conceditur : eaque obligatio trahitur etiam ad bona futura, etiam si eorù nulla sit facta mentio. *l. 8. C. quæ res pign.*

B Voluntas

dat.
de-
lo-
l. 2.
de-
mini
ve-
tio-
verò
five
r ta-
ono
r. C.
quæ-
ebi-
niat.
e in
erit.
n e-
4. ff.
nim
ob-
tiq;
Se a.
enzæ
ante,
scat,
d ex
pro
ic o-
de i-
e de-
beat

Q.



Voluntas enim contrahentium magis, quàm verborum conceptus inspicitur debet. *Eane etiam pecunia, quam debitor ab alio mutuam sumsit, in generalem obligationem venit?* Cum mutuam accipientis fiat, & debitor omnia bona, quæ habuit, habiturusve esset, obligaverit, venit. *l. 34. §. fin. ff. h. t.*

49. Nomina etiam, jura & actiones generali obligatione continentur. *l. 7. l. 3. C. de hered. vend. l. 4. C. quæ res pign. Sed si nominatim bona mobilia & immobilia obligata sint?* Neg. quia sub neutro horum nomina, jura, & actiones continentur. *l. 15. ff. de Re Iud.*

50. Excipiuntur ab hac generali obligatione I. Ea quæ prohibita sunt alienari, & oppignorari, de quibus supra th. 36. & seq. II. Quæ verisimile est non fuisse aliquè specialiter obligaturum, ut quæ vel ad usum quotidianum pertinent, vel affectum debitoris spectant. *l. 6. 7. 8. ff. h. t. l. 1. Cod. quæ res pign. An in horum numero etiam Studiosi supellex?* Affirm. III. Quæ heres defuncti debitoris ex alia, quàm ex bonis defuncti, causa acquisivit. *l. 29. princ. ff. h. t.* IV. Res quæ cum consensu domini à debitore alienata, postea iterum in ejus dominium pervenerit. *l. fin. Cod. de remiss. pign.*

51. Speciale est, quando in certa aliqua re creditori jus constituitur, ultra quam non extenditur, nisi ad ea, quæ vel rei oppignoratae accedunt, ut fundo per alluvionem. *l. 16. pr. ff. h. t.* vel ei accrescunt ut nudæ proprietati ususfructus. *l. 18. §. 1. ff. de pign. act.* vel ex ea nascuntur, ut partus ancillæ. *l. 26. §. fin. l. 29. §. 1. ff. eod.* sequitur enim accessorium naturam sui principalis. *l. 178. ff. de R. l. & quod juris est in toto, idem etiam debet esse juris in parte ei accedente l. 76. ff. de R. v. Quæ verò ex sylvâ nata, factave fuerint, nisi speciatim convenerit, pignoris jure non tenentur. l. 18. §. penult. ff. de pig. act.*

52. Forma huius juris ex ipsa definitione elucet, ipsa enim dat esse rei, & per ipsam res est id quod est, neque aliud, quod ad cognitionem causæ formalis faciat, reliquum est, nisi ut moneatur quòd nihil intersit, quibus fiat verbis, sive scriptura interveniat sive non. *l. 4. ff. h. t.* Item, quòd omni obligationi accedere possit (est enim de natura pignorum, accedere aliis obligationibus,

bus, neque pignus esse potest, nisi sit obligatio vel contractus, in cuius confirmationem constituatur, quin & causæ criminali potest accedere, si de pœna fisco applicanda agatur) sive pura sit, sive in diem, aut sub conditione, quo casu, si purè sit acceptum pignus, non tenetur, nisi principalis obligationis conditio extiterit. l. 13. §. 5. ff. h. t. sua an aliena, civilis, prætoria vel naturalis, re, verbis aut consensu contracta. l. 5. ff. h. t. Item quòd tam præsentì contractui adjici, aut eum præcedere, quàm futuræ obligationis nomine constitui possit. d. l. 5. tam pro parte obligationis, quàm pro tota. d. l. 5. tam pro sorte, ipsòve debito, quàm pro usuris. l. 11. §. 3. ff. de pign. act. l. 18. ff. qui pot. in pign. Item quòd constituatur vel secundum communem pignoris naturam, vel pactis adjectis restringatur.

53. Quæ sit communis illa natura ex effectibus patebit: De pactis pignorum dicitur in rubr. ff. de pign. & C. de pact. pign. eaque adjiciuntur, ut jus pignoris vel augeant, vel aliquid ipsi detrahant, eorúmque quædam licita sunt, quædam illicita.

54. I. Pactum licitum est, quod speciali nomine ἀντίχρησις vocant. l. 11. §. 1. ff. h. t. ut creditor in locum usurarum fructus pignoris (quos regulariter non lucratur, sed sorti imputat l. 22. §. 2. ff. de pign. act. l. 1. 2. 3. C. eod. l. 9. C. de pign. l. 1. C. de distr. pign. nisi gratuitâ utatur debitor pecuniâ: tùm enim creditor, licet de eo nihil convenerit, ad modum legitimum, de fructibus usuras retinere potest. l. 8. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.) percipiat. Si autem fructus legitimum usurarum modum excedant, eritne pactum tolerandum? Nisi convenerit, ut cum legitimis usuris fructus compensentur, tolerari posse puto, propter incertitudinem fructuum l. 14. l. 17. C. de usur. in ἀντίχρησις expressâ, nõ in tacitâ, in qua semper pactum legitimas usuras respicere præsumitur. l. 8. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. cont.

55. II. Pactum, ut quicquid ex sylva natum factumve fuerit, pignoris loco sit. l. 18. §. 3. ff. de pign. act. Et servi peculium, eo obligato, pignori accedat. l. 1. §. 1. ff. de pign.

56. III. Ut debitor rei oppignoratæ onera tributaria ferat. l. 52. ff. de pact. quod tamè in fisco debitore nõ obtinet. l. 42. ff. eod.

57. IV. Ut nisi intra certum tempus debitum solutum fuerit,

Q



fuerit, rem obligatam habeat jure emptionis, justo precio tùm æstimandam, aut ipse creditor. l. 16. §. ult. ff. de pign. aut fidejussor debitoris, si creditori solverit. l. ult. pr. ff. de contr. empt. quam emptionem debitor rescindere non potest, etiamsi postea debitum offerat cum usuris. l. 34. ff. de pign. act.

58. V. Ut, quicquid ex venditione pignoris acceperit creditor, omne sibi haberet, eoque invicem crediti contentus sit, sive magis sive minus debito fuerit consecutus. l. 15. §. 3. ff. de Re. iud.

59. VI. Non minus & pactum illud legitimum est, ne debitori liceat pignus vendere. l. 7. §. 1. ff. de dist. pign.

60. Pactum æquitati & naturæ pignoris contrarium imprimis est pactum L. Commissoriæ, ut nisi intra præscriptum tempus debitum solvatur, proprietas & dominium pignoris transeat ad Creditorem. l. ult. C. de pact. pign. An autem juramento ejusmodi pactum confirmari possit controvertitur? N. arg. l. 5. C. de LL. l. 7. §. 16. ff. de pact. Auth. Sacramenta puberum. C. Si advers. vend. II. Pactum ne debitor intra 30. annos aut in perpetuum pignus luat. vid. infr. thes. 64.

61. Pactum de non distrahendo pignore eousq; valet, donec debitor interpellatusolvere cessaverit, aded, ut furti teneatur Creditor, qui contra expressam conventionem ejusmodi pignus vendiderit. l. 4. ff. de pign. act. l. 66. ff. de furt. Si autem debitor de solutione monitus non solverit, creditor vendere poterit, modo ea observet, quæ infra th. 76. dicuntur.

62. Finis huius juris respectu creditoris est, ut securius ei sit creditum, respectu debitoris, ut ei libentius & facilius credatur, ut ait Martialis libr. 12. Epigram.

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis,

Idem, si pro me spondet agellus, habes:

Quod mihi non credis, veteri, Thelesine, sodali,

Credis colliculis, arboribusque meis.

63. Effectus ex jure quod penes debitorem manet, & eo, quod creditori acquiritur, apparet.

64. Debitori in re oppignorata manet I. Dominium & ea quæ sunt domini, ut sunt rem vindicare l. 23. ff. de R. V. l. 10. C. de pign. act. furti condicere l. 1. ff. de cond. furt: transferre etiam dominium,

minium ignorante & non consentiente creditore potest in alium, cum suo tamen onere. l. 12. ff. de distr. pign. l. 14. & 15. C. de pign. & ut salvum maneat creditori jus pignoris. l. 3. & 10. Cod. de rem. pign. II. Rei etiam traditæ possessio l. pen. §. 2. ff. qui satisd. cog. l. 36. ff. de acq. poss. quo ad usucapionem solum l. 16. ff. de usucap. l. 33. §. 4. & 5. ff. eod. quo ad cæteras omnes causas possessio creditoris est d. l. 16. ff. de usucap. l. 35. §. 1. ff. de pign. act. l. 9. §. 2. ff. eod. III. Sentit debitor fructuum ex pignore natorum emolumentum. l. 1. 2. 3. Cod. de pign. act. nisi pactum sit in contrarium: ut supr. th. 54. IV. Gaudet jure reluendi perpetuè, cui juri an Creditor longissima pignoris possessione præscribat, controversa quæstio est? N.

65. Jus Creditoris in re oppignorata consistit partim in obtinendo & persequendo pignore, partim in distrahendo.

66. Constituitur enim creditori jus vel in re non tradita, vel tradita, ut aut detineat & custodiat, ex primo decreto, rei servandæ vel legatorum & fideicommissorum servandorum gratiâ, & tum non possidet, sed in possessione est. l. 10. ff. de acquir. rer. dom. aut possideat traditam à debitore l. 9. §. 2. ff. de pign. act. l. 35. §. 1. ff. eod. vel judicio & autoritate Magistratus obtentam ex secundo decreto. Eaque possessio verè & propriè dicta possessio est, cum animo videlicet sibi habendi conjuncta, licet non cum affectu domini possideat creditor, aut pro suo, sed pro alieno. l. 13. ff. de usur. & usuc. ideòque naturalis rectè dicitur, & inutilis est ad pariendam usucapionem, vel longi temporis præscriptionem. l. 10. Cod. de pign. act.

67. Utròque autem casu, sive non tradita sit creditori res, sive tradita, & ipse possessione eius, vel suâ vel alienâ culpa, deciderit. l. 2. C. de prat. pign. l. 13. §. 3. ff. h. t. datur ei persecutio.

68. Persequitur actione Servianâ (à Servio Prætore, non à servando dictâ) vel quasi Servianâ, ad exemplum Servianæ introductâ, quæ & hypothecaria dicitur. l. 13. §. 1. ff. ad SC. Vell. l. 13. §. 4. ff. h. t. l. 11. §. ult. ff. qui pot. in pign. l. 1. C. Comm. de legat. §. 7. Inst. de act. §. 31. Inst. eod. l. 3. §. 3. ff. ad exhib. interdum simpliciter Serviana l. 3. in pr. ff. h. t. l. 7. ff. eod. l. 21. §. 1. ff. eod. l. 4. in pr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 42. §. 4. ff. de proc. l. 34. in fin. l. 35. l. 66. ff. de evict. interdum utilis Serviana l. 1. C. comm. de legat. l. 1. §. 2. ff.

h. t. l. 1. pr. ff. quib. mod. pign. solv. interdum utilis actio. l. 1. pr. l. 13. §. 2. h. tit. quandoque abulivè pignoratitiâ l. 11. §. ultim. l. 19. ff. de except. R. I. Et utilis pignoratitia. l. 22. ff. h. t. l. 41. ff. de pign. act. pignoris persecutio. l. 17. ff. h. t. l. 18. C. eod. vindicatio pignoris. l. 16. §. 3. ff. h. t. Serviana datur ad res coloni in prædium rusticum illatas & invecas, & pro pensione vel deterioratione rei expressè oppignoratas, vindicandum. Hæc ad vindicandum res quasvis tacitè vel expressè obligatas, præter eas, pro quibus consequendis Servianâ propriè dictâ utimur.

69. *Utraq; hæc actio prætoria est. §. 7. Inst. de act. & arbitraria §. 31. Inst. eod. (ideóque si res non præstetur, iurijurando in litem locus est l. 16. §. 3. ff. h. t. l. 68. ff. de R. V. l. 5. in princ. ff. de in lit. jur.) ac realis seu rei persecutoria, itaque tam heredi competit, arg. l. 8. §. 4. ff. de pign. act. quàm in heredem & quemlibet extraneum possessorem l. 1. C. de prec. l. 13. §. 2. ff. h. t.*

70. *Multum tamen interest contra ipsum debitorem pignus detinentem agat Creditor, an contra extraneum possessorem: priori casu electio ei datur, utrum actione in rem Servianâ vel quasi malit jus suum persequi, an personali actione debitorem convenire. l. 14. C. de pign. l. fin. C. de O. & A. Contra extraneum verò possessorem actionem hanc intentare non potest, nisi excusso principali ejusve herede, fidejussore, mandatore, sponfore. Auth. sed hodie C. de O. & A. Auth. hoc si deb. C. de pign.*

Q. 71. *Quæritur I. An idem obtineat, si rei possessor extraneus ex post facto debitori vel fideiussori heres existat? Conveniri eum Servianâ posse statuo, licet personalis actio contra debitorem intentata non sit.*

Q. 72. *II. An, si sub conditione res pignori nexa sit, eius detur persecutio, priusquam conditio existat? Neg. per l. 5. in princ. ff. h. t. l. 13. §. 5. ff. eod. nisi justa causa & interesse Creditoris interveniat, puta suspicio fugæ, aut interitus pignoris l. 14. pr. ff. h. t.*

73. *Dantur hæc actiones in id, ut aut res oppignorata tradatur creditori, aut præstetur ejus æstimatio quantû vel iudex arbitratus fuerit, vel actor in litè juraverit. Duo tamè creditor hac usus actione probare tenetur. I. Esse sibi jus pignoris in re, & convenisse cum debitore, ut res sit pignori. 2. Rem pertinuisse ad debito-*

bitorem, aut eum cuius voluntate hypotheca data est, saltem eo tempore, quo inter ipsos convenisset. *l. 23. ff. de probat. l. 3. in prin. l. 15. §. 1. ff. h. t. An eadem in generali hypotheca probare teneatur, non inutiliter queritur. N. per leg. 15. §. 1. ff. h. t.*

74. Cessant hæ actiones, I. si debitor rem nõ possideat, nec dolo fecerit quo minus possideret: aut possideat quidem, sed pecuniam solvere, aut rem restituere paratus sit. *l. 16. §. 3. ff. h. t.* II. si creditor agat adversus dominum, cuius ignorantis res obligata ab alio est, nisi postea pignus istud ratum habuerit. *l. 20. pr. ff. de pign. act.* aut debitori heres extiterit. *vid. supr. th. 43.* III. Si in alienationem pignoris creditor consenserit. *l. 1. & 4. C. de rem. pign. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* IV. si per eum steterit, ne ei pecunia solvatur. *l. 11. §. fin. ff. qui pot. in pign.* V. si sciens rem alienam sibi obligari passus sit. *supr. th. 41. & seq.* Et generaliter posteriori creditori adversus priorem, & eum qui ab eo emit, hæ actiones denegantur. *l. 12. §. 7. ff. qui pot. in pign.* nisi priori creditor paratus sit solvere, quod ei debetur. *l. 11. §. fin. ff. eod. l. 1. C. eod.*

75. Præscribit his actionibus extraneus bonæ fidei possessor inter præsentis annis 10. inter absentes 20. *l. fin. Cod. de Obl. & Act. l. 1. & 2. C. si adv. cred. præsc. opp. malæ fidei possessor annis 30. l. 7. princ. C. de præsc. 30. vel 40. ann.* Ipse verò debitor, ejusvè heres annis 40. *d. l. 7. C. eod.* Creditor etiam posterior hypothecam detinens anteriori creditori exceptionem utiliter opponit, si debitore vivente rem 40. annis possederit: imaginem enim debitoris obtinet. *d. l. 7. §. 2. ipsiusque nomine, non suo, possidet. l. 13. ff. de usurp.* Eo autem defuncto exceptione 30. annorum tutus est. *d. l. 7. Cod. eod.*

76. Acquisita possessione pignoris, si debitor adhuc tardet solvere, jus distrahendi creditori competit, *Cui juri an renunciare possit creditor queritur?* Neg. quanquam invitus ut vendat, creditor cogi non debeat. *l. 15. ff. de R. l. nisi in casu l. 6. ff. de pign. act.* Si de non distrahendo pignore inter creditorem & debitorem convenerit, cessanti debitori ter denunciaret creditor. *l. 4. ff. de pign. act.* quæ denunciatio non minùs decem dies singulis vicibus, aut triginta pro toto termino contineat. *arg. l. 21. §. 1. ff. de const. pec. l. 68. l. 69. ff. de iud.* post quam denunciationem biennium expectare non cogitur. *l. 4. ff. de pign. act. nec obst. l. 3. C. de jur. dom. imp.* Di-

Q.

77. Distractio fieri debet auctione publicâ. l. 9. C. de distr. pign. autoritate magistratus. l. 3. C. de pign. l. 56. ff. Locat. teneturque creditor rem proscribere l. 4. C. de distr. pign. & debitori, ut aut solvat, aut pignus vendi permittat, denunciare. l. 10. C. de pign. idque si fieri potest, testatò. l. 4. C. de distr. pign. Ob ejusmodi igitur solennitates omissas, irrita erit venditio à creditore facta? Affirm. per l. 4. C. si vend. pign. agatur. neque obstat l. 7. C. de distr. pign. quæ de hisce solennitatibus non loquitur, sed de fraude à creditore adhibita, quando vel minus justo pretio rem vendiderit. l. 1. C. si vend. pign. agatur. vel per subornatam personam sibi emi curaverit. l. 10. C. de distr. pign. ob quam fraudem datur actio debitori, non solum adversus creditorem d. l. 7. C. eod. sed etiam adversus rei emptoré, si de dolo participet. l. 4. C. si vend. pign. agat. ut reddito pretio quanti res venit, eam recipiat cum fructibus, quos emptor ut malæ fidei possessor percepit. l. 1. & 2. C. eod.

78. Distractionem autem vel venditionem denunciatione suâ debitor impedire non potest, nisi universum debitum offerat cum usuris l. 6. C. de distr. pign. l. 9. §. 3. ff. de pign. act. ut ne modicum quidem de sorte & usuris in debito permaneat l. 2. C. debitor. vend. pign. imp. non poss. aliâs salvum manet creditori jus distrahendi, nec emptor, etiam si sciverit à debitore esse interpositam denunciationem, sit malæ fidei possessor. d. l. 2.

79. Quod si plures res pignoris jure teneantur, creditoris arbitrio permittitur, quibus distractis velit ad suum debitum pervenire. l. 8. ff. de distr. pign. ita tamen, ut si altera specialiter fuerit obligata, altera generaliter in subsidium primæ, non concedatur rei generalis alienatio, si ex speciali universum debitum redigi possit l. 2. C. de pign. imò, si ex fructibus rei debito possit satisfieri, distrahi ipsa res non debet. l. 1. C. de distr. pign.

80. Venditione ritè peractâ creditor universum jus, quod & ipse & debitor habuit in emptorem, transfert. l. 10. ff. de distr. pign. l. 18. C. eod. non tamen de evictione tenetur. l. 50. ff. de evict. l. 10. ff. de distr. pign. Debitor autem venditionem revocare non potest, etiam si totum debitum offerat. l. 2. Cod. si antiqu. cred. nisi ita specialiter inter creditorem & emptorem convenerit. l. 13. ff. de pign. act. (agere enim tum debitor potest, ut à creditore ei actio man-

mandetur adversus emptorem, vel ipse adversus eum rei vindicatione vel actione in factum experiri) aut debitor sit minor 25. annis, aut pupillus, aut reip. causâ absens, aut in aliqua earum, ex quibus edicto succurritur. *l. 7. §. 1. ff. de distr. pign. quæ continentur in l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. majores.*

81. Quod si debitor pignus non luat, nec qui illud emere velit inveniatur, ex constitutione *l. fin. C. de jur. dom. imp.* res addicitur creditori, ut nisi intra biennium debitor offerat debitum, cum usuris & damnis, vitio suo creditori factis (quorum æstimationem juramento creditor manifestare debet) habeat eam jure domini creditor, nullo tempore à debitore liberandam. Ipse autem creditor, si, postquam ei res adjudicata fuerit, altero anno usuras acceperit. à beneficio semel impetrato recessisse videtur. *d. l. 3. Cod. eod.*

82. Pretium, quod ex re vendita creditor consecutus est, si maius sit debito, quod superfluum est, reddere debitori tenetur. *d. l. fin. C. eod.* quandoq; cum usuris. *l. 6. §. fin. ff. de pign. act. sin minus, in id quod deest, creditori adversus reum vel fidejussorem ejus actio competit l. 3. l. 9. C. de distr. pign. l. 9. §. 1. ff. eod. l. fin. C. de jur. dom. imp.* quod si vendiderit quidem rem Creditor, pretium verò nondum acceperit, tam diu debitor manet obligatus, usque dum pecuniam creditor acceperit. *l. 9. pr. ff. de distr. pign. ita etiam, licet majoris vendiderit creditor rem, quàm erat debitum, nondum acceptâ pecuniâ à debitore, ad reddendum superfluum conveniri nõ potest, sed aut expectare debitor, donec creditor accipiat, debet, aut mandâde ei adversus emptorẽ actiones à creditore suo periculo ad persequendum pretium, ut eo accepto reddatur ipsi à creditore superfluum. l. 24. §. 1. ff. de pign. act.*

83. Quia verò plerumq; pluribus eadem res obligatur, non raro solet cõtroverti, quis in jure pignoris potior sit; illud cū altioris sit indaginis & majoris difficultatis, præponendæ erunt aliquot distinctiones, ex quibus quid in hac ambiguitate statuendum sit, decidi possit.

84. Primò igitur, vel singulis simul obligata est res, vel separatim diversis temporibus: aut secundò in solidum singulis, aut cuilibet pro parte. Hisce præmissis aliquot conclusionibus rem expediemus. Sit igitur

C

Si

85. I. Si pluribus una res sit obligata in solidum, singulis in eam actio datur in solidum. *l. 10. ff. h. t. adversus extraneum videlicet aut ipsum debitorem: eaque actio individua est, quia non personam sed rem obligat, itaque heredibus creditorum etiam datur in solidum adversus debitoris heredes. l. 2. Cod. si un. ex hered. inter ipsos verò creditores, si ea de re movetur quaestio, melior est possidentis conditio, cui semper exceptio competit, si non & eadem res & mihi esset obligata. d. l. 10.*

86. II. Si pluribus simul una res sit obligata pro parte, jus & actio cuilibet competit, non in solidum aut pro partibus æqualibus, sed pro quantitate debiti. *l. 16. §. 8. ff. h. t. Quid, si cum debitore nihil convenerit & dubitetur, utrum in solidum, an pro parte res suas cuique obligaverit, in quantum quisq; obligatam habebit hypothecam? Pro parte per d. l. 16. §. 8. ff. h. t.*

87. III. Si pluribus una res sit obligata diversis temporibus, valet usitatissima illa regula, quòd potior sit jure, qui prior est tempore. *l. 8. l. 11. ff. qui pot. in pign. l. 2. & 3. C. eod. neque interest I. an in solidum res obligetur, ita ut si priori in parte aliqua fundi jus debitor constituerit, alteri fundum suum generaliter obligando, priori jus suum auferre non possit. l. 15. Cod. de pign. II. Hypotheca alteri constituta sit, alteri res tradita. l. 12. §. fin. ff. Qui pot. in pign. Semper enim prævalet jure, qui prævenit tempore. III. Conventionale sit pignus, prætorium an judiciale, de hoc in l. 3. C. qui pot. in pign. l. 10. ff. eod. de illo in l. 11. ff. eod. & multis aliis: de isto in l. 3. C. ut in poss. legat. caus. l. 5. §. 4. ff. eod. Sive singuli habeant conventionale, aut prætorium aut judiciale, vel alter habeat prætorium, alter conventionale, ut in d. l. 3. C. ut in poss. legat. caus. vel alter prætorium, alter judiciale, ut in l. 2. C. qui pot. in pign. in prætorio pignore etiam idem est, si pluribus concessum sit diversos titulos habentibus, aliud si eosdem titulos habeant, unus enim in possessionem missus tempore præveniens, cæteris jus suum non intervertit: ita qui rei servandæ causâ mittitur in possessionem, non sibi, sed omnibus creditoribus possidet. d. l. 5. §. 2. ff. ut in poss. legat. caus. cum non tam personæ, quàm causæ possessionem concessisse prætor videatur. l. 12. ff. de reb. auth. jud. poss. IV. Generale vel speciale sit pignus. l. 6. C. qui pot. in pign. l. 2. & 3. ff. eod. Quòd si tamen priori*

priori specialiter sint res obligatae, & in subsidium earum caetera bona generaliter, deinde alteri ex bonis illis, quae generatim obligata priori erant, pignus constituatur, & ex iis, quae priori nominatim & specialiter obligata erant, toti debito satisfieri prioris possit, in pignore postea dato, posterior creditor non tam potior l. 2. C. de pign. quam solus existit. l. 2. ff. qui pot. in pign. V. Purum sit vel sub conditione. l. 9. in pr. l. 11. in pr. ff. eod. retrotrahitur enim conditio existens ad tempus conventionis initae, nisi talis sit conditio, quae invito debitore impleri non possit. d. l. 9. ff. d. t. aut ab ipsius absoluta voluntate dependeat: potuit enim eam non implere: aut talis, a qua liceat alicui contrahentium parti recedere: haec enim obligatione suspendunt usque dum perficiatur, nec ad tempus conventionis, sed impletionis referuntur.

88. Haec vero simpliciter ita se habent, & de plano juris ordine procedunt, nisi creditores interveniant aliquo LL. privilegio muniti. Cum enim vincula duo fortius ligent quam unum, non raro accidit, ut ii creditores, quibus ad jus pignoris cum caeteris creditoribus commune, privilegium aliquod prioritatis, vel favore causae, vel personae, vel utriusque, tributum, accedit, praferantur creditoribus aliis, licet in jure pignoris ratione temporis prioribus.

89. Eiusmodi privilegium concessum est I. Ei qui sumptus in funus & exequias necessarios & sine quibus funus duci non poterat, impendit. l. 14. §. 3. ff. de relig. & sumpt. fun. Publice enim interest, ne insepulta & inhumata maneat corpora: eoque intuitu creditum ejusmodi omne aliud antecedit. l. 45. ff. eod. l. 3. C. eod. l. 4. C. de pet. her. tam simplex quam privilegiatum. l. ult. §. 9. C. de jur. delib. ubi temporis ratio inter creditores jubetur servari, postquam in funus facti sumptus deducti sunt. An idem extendendum ad sumptus Medico vel pharmaco pola praestitos, & eos qui in valetudinem defuncti, vel testamenti insinuationem, vel inventarii confectionem, aut alias necessarias hereditatis causas facti sunt? Idem statuunt Dd. in d. l. ult. §. 9.

Q.

90. II. Mulier in repetitione dotis datae non confessatae ut loquuntur. l. ult. C. qui pot. in pign. nec bonorum paraphernalium aut propter nuptias datorum. d. l. ult. §. 2. ejusque liberi omnibus creditoribus tam anteriorem expressam, quam tacitam habentibus praefertur.

C 2



præfertur. *l. ult. C. d. t. l. 30. §. 2. C. de jur. dot. Novell. 97. c. 3.* De
Creditoribus tacitam habentibus hypothecam satis constat, de il-
lis gravissima & intricatissima inter Jctos est controversia. *An mu-*
lier ipsis in repetitione dotis præferenda? Affirm. Nisi mulier concur-
rat 1. cum eo qui ad emptionem militiæ credidit. *Nov. 97. cap. 4.*
2. cum filiis mariti ex priori matrimonio natis: ne quod secun-
dæ uxori datum est, anteriori denegetur. *d. l. ult. C. qui pot. in pign. 3.*
cum fisco in causa primipilari, tum enim mulier in dotis repetitio-
ne non tam præfertur fisco, quàm res ejus dotales (non alia bona
paraphernalia *l. 1. C. de priv. fisc.*) ipsi fisco obnoxia sunt, si mari-
ti bona non sufficient. *l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.*

91. Quæritur II. *An ejusmodi privilegium competat etiam*
heredi mulieris extraneo? Neg. per *l. un. C. de priv. dotis.*

92. III. *An sponsa quæ jam dotem dedit?* favore quidem
dotis privilegium, quod inter actiones personales vertitur, conce-
dimus per *l. 74. ff. de jur. dot. l. 17. §. 1. ff. de reb. auth. jud. poss.* nun-
quam in actione reali & hypothecaria.

93. IIII. Fiscus cui semper competit jus pignoris *l. 46. §. 1.*
ff. de jur. fisc. præter causam primipilarem, in qua etiam ipsi mulie-
ri præfertur, ut th. supr. 90. dictum, in iis, quæ post contractum à
se celebratum, acquisita sunt, omnib. creditoribus tam anteriore
tacitâ, quàm expressâ generalé habentib. præfertur. *l. 28. ff. de jur. fisc.*
ex ratione debiti *l. 2. C. in quib. caus. pign. tac. nō pœnæ. l. 37. ff. de jur. fis.*
quæ ei nō debetur nisi deducto ere alieno: aliàs ab hypothecariis tē-
pore prioribus excluditur. *l. 8. ff. qui pot. in pign. sive tacitam sive*
expressam hypothecam habeant. arg. l. un. C. ne tut. vel cur. vect.
cont. licet chirographariis omnibus præferatur.

94. V. Is qui ad restorationem vel conservationem rei
credidit, licet tempore posterior, cæteris tamen omnibus præfer-
tur, quia eius pecunia salvam fecit totius pignoris causam. *l. 5. & 6.*
ff. qui pot. in pign. l. 26. & 34. ff. de reb. auth. jud. poss. ut autem pri-
vilegium hoc alicui competat, tria requiruntur. 1. ut nominatim
ad rem reficiendam vel conservandam creditum sit, aliàs in omnē
eventum credidisse intelligitur. 2. ut pecunia credita in conser-
vationem rei sit impensa: si enim salvam debet facere pignoris
causam, ut in eam versa sit, necessarium est. 3. ut creditor specia-
liter

647.
liter rem sibi oppignorari curet, l. 7. C. qui pot. in pign. l. 17. C. de pign. quod nisi fecerit, præferetur quidem Chirographariis l. 26. & 34. ff. de reb. auth. jud. poss. cedet verò hypothecariis.

95. Quæritur hic I. Si res quidem resecta fuerit, statim verò corruerit, an idem creditori competat privilegium? Aff.

96. II. Quod si creditum amplius fuerit, quàm ad restorationem requirebatur, an idem statuendum? Quia tantum resectionem hoc privilegium respicit, cessare in summâ excurrente statuo.

97. V. Is cujus pecuniâ res empta est, si ei hoc nomine specialiter obligata sit, cæteris præfertur. l. 7. Cod. qui pot. in pign. l. 17. C. de pign. quod idem etiam ad eum extenditur, qui suâ pecuniâ servum ab hoste redemit supr. th. 23. An idem in venditore, qui rem venditam pignori tamdiu retinere pactus est, donec pretium solvatur? Aff. quia qui ita credit, perinde habetur, ac si suâ pecuniâ rem emisset, quod tamen in re à minore empta, & donec pretium solvatur ab ipso oppignorata, non valet. l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. qui sub. tut.

98. Quæritur II. An idem Privilegium pupillo competat in re pecuniâ ipsius empta, etsi speciatim non sit oppignorata. Aff.

99. VI. Dominus soli in agro vectigali vel superficiario Emphyteutâ vel superficiario canonem vel pensionem solvere cessante, præfertur omnibus omninò creditoribus, quibus fundus iste superficiarius, vel vectigalis oppignoratus est. l. 15. ff. qui pot. in pign. l. 31. ff. de pign.

100. VII. Is qui ex publico instrumento jus suum pignoris demonstrat, præfertur ei, qui ex privato agit. l. 11. C. qui pot. in pign. nisi privati instrumentum trium vel amplius virorum probatæ & integræ fidei subscriptione confirmetur. d. l. 11.

101. Quod si ipsi privilegiati inter se concurrant, servabitur illud, quod aliàs trito dicitur: Privilegiatum contra privilegiatum privilegio non uti, adeoque qui prior tempore erit, potior erit jure. ita in l. 2. C. de privil. fisc. fiscus tanquam tempore prior, præfertur mulieri. Hinc non incongruè quæritur, Si cum muliere fiscus concurrat, quis in dubio alteri præferatur? Mulierem statuo. Et ita quidem indistinctè obtinet, si ex eodem titulo agant creditores,

tores, quia quod sibi ipsi competere juris quis statuerit, illud alteri denegare non debet. *t. t. ff. Quod quisque jur. in alium.* Si verò ex diversis agant causis, idem etiam procedere statuo, nisi ipsa lex inter privilegiatos, prioritatem introducat, ut supra in thes. 90.

102. Sæpè quoque accidit, ut licet quis suo jure cæteris non præferatur, præferatur tamen alieno, ejus videlicet, in cujus locum successit. Ita qui creditori jus pignoris habenti nomine debitoris, etiam inscii vel inviti solvit. *l. 12. §. 6. ff. qui pot. in pign. vel ab eo emit d. l. §. 7.* (& ad priorem pecunia pervenit. *l. 17. ff. eod. l. 3. Cod. de his qui in prior*) aut obtulerit, licet ipse non acceperit (quia per eum stetit, quo minus ei solveretur. *l. 11. ff. fin. ff. qui pot. in pign.*) vel pignus suum vendi passus sit, ut de pretio priori satisfiat, & ipse in ipsius locum succedat. *d. l. 11. §. 9.* tantùm juris consequitur, quantum habuit is, in cujus locum successit.

103. Competunt præter perseguendi & distrahendi jus creditori etiam alia, ut rem sibi oppignoratam possit alii oppignorare. supr. thes. 30. tum actio in factum ob amissam possessionem *ἀντι-χρησεως l. 11. §. 1. ff. h. t.* actio quod metus causâ. *l. 22. §. 5. ff. de pign. act.* Stipulatio de damno infecto. *l. 11. ff. de damn. inf.* actio de dolo *l. 36. ff. de pign. act.* L. Aquiliæ *l. 27. ff. h. t.* ad exhibendum *ibid.* Stellionatus *l. 36. ff. de pign. act.* condictio ad rem surreptam recipiendam, non furtiva quidem, (quæ soli domino competit. *l. 1. ff. de cond. furt.*) sed incerti, etiam contra ipsum debitorem. *l. 12. §. ult. ff. eod. l. 12. §. 2. ff. de furt. l. 19. §. 5. l. 79. ff. eod. l. 22. pr. ff. de pign. act.* non creditotenus sed in solidum. *l. 15. ff. de furt. An igitur quod actione furti vel conductione creditor consecutus fuerit, debito imputat? Quicquid ab extraneo perceperit, imputat, quicquid verò debitor, qui pignus surripuit, solvit, non imputat. l. 22. ff. de pign. act. l. 79. l. 15. ff. de furt.*

104. Manet præterea creditori semper salva actio perseguendi debiti personalis. *l. 17. C. de pign. l. 3. C. de distr. pign.* Quæ an cum hypothecaria actione cumulari possit, practica quæstio est: & quamvis Myns. *l. obs. 58.* in Camera receptum esse dicat, difficilius tamen de jure civili concedi posse puto. per *l. 16. & 18. ff. de except.*

105. Hæc de effectu juris huius dicta sufficiant, ad quem referri

referri etiam posse videtur actio pignoratitia, quæ tamen, quia propriè ex contractu pignoratitio oritur, adeoque etiam in ff. & C. compilatione longo intervallo à iure pignorum seiuncta, merito hic omittitur, utpote quæ etiam esse potest, licet nullum ius pignoris intervenerit. *l. 32. ff. de pign. act.* dictum igitur generaliter sufficiat, eam tam creditori, quam debitori competere: debitori quidem directam ad recipiendum pignus. *l. 40. §. fin. ff. de pign. act. l. 11. Cod. eod.* una cum fructibus. *l. 22. ff. §. 2. ff. eod. l. 1. 2. 3. C. eod.* & quantum dolo vel culpâ creditoris res facta deterior. *l. 13. & 14. ff. eod. l. 19. C. de pign.* & id quantum plus ex distractione pignoris creditor consecutus fuerit. *l. fin. C. si vend. pign. l. 31. ff. de Re Iud.* Creditori verò contraria, ut quòd sibi pignoris nomine abest, consequatur. *l. 3. Cod. de distr. pign.* vid. supr. thes. 82. & sumptus quos in rem oppignoratam fecit necessarios. *l. 7. Cod. de pign. act. l. 8. ff. eod.* utiles recipere potest, si aut inchoata à debitorè perfecit, aut voluntate eius inchoaverit & absolverit, modò tales sint, qui debitori non sint oneri, ut propterea pignus vendere cogatur. *l. 25. ff. de pign. act.*

106. Satis hæctenus de iure pignoris constituendo, nunc de eius solutione paucis agendū. Solvitur I. solutione. *l. 6. pr. ff. quib. mod. pign. solv.* solutum intelligitur, si quocūque modo satisfactum sit. *l. 6. ff. d. t.* si videlicet vel pro pignore fideiussorem accipiat. *l. 5. §. 2. ff. qui pot. in pign.* vel aliis pignoribus sibi caveri passus fuerit creditor, aut reo dato, vel pretio. *l. 9. §. 3. ff. de pign. act.* vel novata fuerit debiti obligatio, non facta mentione pignoris. *l. 11. §. 1. ff. eod.* omnèque debitum solutum esse necesse est, aliàs integrum creditori ius suum manebit. *l. 9. §. 3. ff. de pign. act. l. 6. C. de distr. pign. l. 2. C. debit. vend. pign.*

107. II. Fictâ etiam solutione vel potius donatione solvitur ius pignoris. *l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv.* Donare videtur creditor, si cautionem vel chirographum reddat. *l. 2. ff. de pact. non, si ipsū pignus. l. 3. ff. eod.* cuius rationem reddit *l. 6. in fin. ff. de prec.* quia plerumque creditores rogantur à suis debitoribus, ut precariò uti pignore vel pro conducto concedant. *l. 35. ff. de pign. act.*

108. III. Solvitur, si creditori omne debitum offeratur.

l. 1.



l. i. C. qui pot. in pign. & si accipere recuset, consignetur & deponatur. l. 10. C. de pign. act. l. 19. C. de usur. pecuniâque in ea causa permaneat. l. 8. Cod. de distr. pign. Nam si debitor pecuniam ad se recipiat, pignus redit in priorem statum l. 19. C. de usuris. unde liquet, quod jus pignoris depositione, & consignatione debiti non tollatur ipso jure, sed quod debitor solum exceptione depositionis & consignationis tutus sit, si actionem adversum eum creditor instituire velit. Quod si verò debitor pignus aequè idoneum invito creditori offerat, illudne accipere tenetur. Neg. arg. l. 9. §. 3. ff. de pign. act.

IV. Si à pignore ipse creditor recedat, vel expressè, ut si pactus fuerit, ne petat. l. 5. pr. ff. quib. mod. pign. solv. vel tacitè, si venditioni pignoris consenserit. l. 1. §. 1. ff. eod. l. 8. §. 6. ff. eod.

110. V. Rei sive corporalis sive incorporalis. l. 8. in pr. ff. eod. interitu totali: Si enim rei qualitas tantum mutata fuerit, hypothecam manere non est dubium l. 29. §. penult. ff. h. t. l. 16. §. 2. ff. eod. l. 21. ff. de pign. act.

111. VI. Tempore. l. 6. in princ. ff. quib. mod. pign. solv. vid. thes. 75.

112. Ultimò, si juratum fuerit pignori vel hypothecæ rem non esse obligatam. l. 5. in fin. l. 13. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv.

FINIS.

TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275



Sl

VD 77







DISPUTATIO JURIDICA,
De
PIGNORIBVS
ET HYPOTHECIS,

635.
26

QUAM
AUXILIANTE DEO
SUB PRÆSIDIO
VIRI

XXIII
1628, 13.

Amplissimi & Consultissimi
DN. GEORGII DAVIDIS LOCA-
MERI, J. U. D. ET IN FLORENTISSIMA
Argentoratensium Universitate Pand. Professoris Or-
dinarii, Præceptoris & Fautoris sui ætatem
honorandi & observandi,

Publicè examinandam proponit
In Auditorio veteri,
Ad diem Novembris,

JOHANNES HERMANNUS AUTHÆUS
Mœno - Francofurtanus.



ARGENTORATI,
Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DC. XXVIII.

25

